

Initium est: *Pastoralis curae me pondera fugere delitescendo voluisse &c.* ut in edit. *Maur. Paris.* 1705. T. II. col. 1. f. ad cuius Editionis perfectionem Codex non adspirat.

In fol. praevio legitur: *Hic liber pignoris loco a quodam baccalauriando pro floreno depositus est. Quis sit, quando etiam actum, annales docebunt.* Praeterea Membranae duae Contractus quosdam Sec. XIV. inter Privatos initos lingua germanica, sed valde truncatos exhibentes Codicem conve-

stiunt.

CCCLXXXIX.

R. 2048

Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 125. 4. min. luculente perscriptus, et rubricis enotatus continet *Librum Regule pastoralis cure Sancti Gregorii pape scriptum ad iohannem Episcopum.* Ita post Elenchum Capitem: Initium: *Pastoralis cure me pondera fugere &c.* Saepius utroque *Vol.* a me relatam Opus hic integrum, et probae lectionis est. Ad calcem legas: *Iste liber est Domus Porte beate Marie virginis. in Axpach ordinis Carthusien. patauien. Dyoces. fundacionis Domini Haydenrici de Meyssau nobilis Baronis. Et hunc librum habemus a Domino Petro sacerdote qui fuit Donatus noster. Erant Donati, qui se et sua Ordini tradiderant, et continuo cum Religiosis residebant.*

Denis Codd. Theol. V. II. P. I.

CCCXC.

Codex membraneus lat. Sec. R.64 XIII. Folior. 170. 4. non una manu exaratus, rubricis distinctus, et Bibliothecae Palat. a. 1721. oblatum a *Thoma M. Alfano O. P.* de quo ad plures Codices mentio, sequentia complectitur: I. praevio *Capitum LXIV. Syllabo Librum seu Regulam Pastoralem S. Gregorii M. Pont.* quae inquit: *Pastoralis cure me pondera fugere &c.* et definit: *tui meriti manus (me) leuet.* Lectio multum est infra textum edit. *Maur. Opp. T. II. Paris. 1705. col. 1. f.*

II. fol. 67. sequuntur minutiora quaedam hoc ordine: 1) *Epistola hieronimi presbiteri ad damasum papam.* Spuria nempe illa: *Legi literas apostolatus tui &c.* T. XI. *Opp. edit. Vallars. col. 277.* et ne quidem integra. 2) *Sermo S. Iohannis Os Auri.* Initium: *Et intravit Ihesus in templum Dei. Hoc erat proprium boni filii &c.* Lacinia *Homiliae XXXVIII. in Matth. c. 21. Job. Chrysostomi.* 3) *Origenis.* Initium: *Sunt et alii in templo vendentes christi columbas &c.* Lacinia *Tractatus XV. in Matth. 4) Sermo Sancti Iohannis Os Auri.* Initium: *Ideo fratres et dominus ipse criminum distraxit fastigia &c.* Fragmentum interpolatum ex *Homilia de Muliere Chananaea.* 5) *Sermo Sancti Iohannis Os Auri.* Initium: *Postquam Dominus impios Sacerdotes super se irruentes &c.* Lacinia *Homiliae XLIII. in Matth. c. 23.* 6) *Oratio Sec. XV. inferta ad B. V. Mariam, quam*

Iii

per

per 40. continuos dies perfoluto-
ro promittit Scriptor 20. anno-
rum indulgentiam et apparitionem
Deiparae ante obitum.

III. fol. 76. *Dialogus S. Grego-
rii*. Libri IV. quorum singulis E-
lenchus *Capitum* praefixus est. *Pro-
logus*, quem Noster vocat, inci-
pit: *Quadam die nimis quorundam
tumultibus secularium depressus
&c.* ut edit. *supracit.* T. II. col.
149. Ultima Libri IV. sunt: *si an-
te mortem deo hostia ipsi fuerimus.
Lectio castigatior, quam supra Pa-
storalis. In Prologo pro: amicitis
obstrictus Noster in amicitis adstri-
ctus, et ipsa nimirum carnis clau-
stra pro ipsa jam carnis claustra
&c.*

IV. fol. 168. Fabella pia de
Gregorio M. et quodam ejus ypo-
diacono *Petro*, qui Epistolam in
Missa legere non potuit, quia *com-
matrem* suam *Donatam* in consuendo
ejus indusio adjuvit, et deinceps
illusionem per somnum passus
est. Piget in fontem hujus com-
menti inquirere; initium tamen ad-
scribam. *Quadam die dum prepara-
raret se pontifex gregorius ad mis-
sam cantandam dixit ministris suis,
ut omnes prepararent se, diaconi
et subdiaconi numero VII. et dia-
conisse numero similiter &c.* Ger-
rae!

V. fol. 169. p. 2. absque in-
scriptione: *Gregorius genere ro-
manus arte philosophus gordiani vi-
ri clarissimi et beate silviae filius
&c.* Est *Vita* magni Pontificis scri-
pta a *Johanne Diacono*, et reprae-
sentata a *Maurianis* T. IV. *Opp.*

col. 23. fed in Codice cum C. 10.
abrumpitur.

CCCXCI.

Codex membraneus lat. Sec. R. 47
XIV. Folior. nunc 93. 4. chara-
ctere minutissimo simul et nitidissi-
mo per duas columnas exaratus,
coloribus distinctus, et olim, ut
pag. 1. subnotatur *Monachorum
congregationis sancte Justine de
padua, deputatus monasterio san-
ctorum Seuerini et Sossij (Sofii M.)
de neapoli*, varia complectitur,
quae ordine edicam. I. praemisso
*Capitum Elencho Incipit liber pa-
storalis Beati Gregorij urbis rome
summi pontificis scriptus ad Johanne-
nem (Ravennatem) episcopum.
Translatus ab Anastasio Antioche-
no episcopo in grecum.* Jussu nempe
Mauritii Imp. Liber hic T. II. Edit.
Maur. Paris. 1705. p. 1. f. in *Partes* IV. tributus nobis
continua *Capitum LXV.* serie de-
currit, quae tamen a C. XLVIII.
ad C. LXI. Codice excidere. Prae-
terea Syllabum illum *Admonendo-
rum*, qui in Edit. *cit. Partis* III.
c. 1. constituit, omittit Codex us-
que ad illa verba: *Aliter admo-
nendi igitur sunt viri, atque aliter
feminae, quia illis graviora &c.* et
fortasse consulto, quia, quae prae-
cedunt, indicationis magis speciem
habent, quam tractationis. Cete-
rum incipit, ut in Editis: *Pastora-
lis cure me pondera fugere &c.* et
finit: *tui memet meriti manus le-
uet.* Lectio etiam probe conspirat.